

The Digital *Viridarium consolationis* Project

Pars 4: De aliis virtutibus Caput 13: De compunctione (3)

Gregorius super Ezechielem:

Interdum in compunctionis ardore tante sublimitatis est vis amoris,
ut hanc vero ipse animus non possit habere,
qui illuminatus meruit habere.

Et notandum quod non uirga, sed uirgula nuncupatur,
quia interdum in compunctionis ardore tantae subtilitatis est uis amoris,
ut hanc nec ipse animus possit comprehendere,
qui illuminatus meruit habere.

Gregorius Magnus, *Homelie in Hiezechielem prophetam*, 2.10.22
(CCSL 142, M. Adriaen ed., p.396, ll.588-591).